



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

§. 2. Bauaria Trans-Danubiana, la Bauiere au dela du Danube.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

Archeuesché
de Saltz-
bourg.

Salinæ: *Reichenhall*, ad Fl. Salam *Saltz*, vbi Sal ex-
coquitur, ex cuius portorio multum præfulis
vectigalibus accedit.

Bertolsgada: *Bertolzgaden*, locus celebris tornofa-
ctis operibus, & sale suo.

Ditmaninga: *Ditmaning*, ad Fl. *Saltz*.

Hellela: *Hellel*, ad prædictum Fl. vbi Sal conficitur.

Lauffa: *Lauffen*, ad eundem Fluvium.

EPISCO-

PATVS

PATA-

VIENSIS

& Passa-
uiensis,

l'Euésché de
Passau.

PASSAVIVM, Patauium, & Batauium: *Passau*, ad
confluentias Æni, Illi & Danubij, olim Batauo-
rum, colonia perducta à Romanis: vrbs est pa-
rum munita, collibus circumquaque ipsi immi-
nentibus.

Ænostadium: *Instad*, ab Æno Fl. nomen accepit,
à quo tantum dirimitur à Passauium, vrbs tota fe-
rè lignea est.

Illostadium: *Ilzstad*, ab Illo Fl. *Ilz*, nomen habet:
in Illo fluuiio ostrea capiuntur in quibus Gemmæ:
eâque quisquis piscatus erit sine iussione Princi-
pis, illi oculi effodiuntur ex veteri consuetudine.
Castrum superius: *Ober-hansf*, vrbecula Catholi-
ca, in quâ Episcopus commoratur. Hic olim
præfedit Laureaci, sed eo destructo ab Auaris
Passauium venit, quod ei dono datum à Thaf-
silone.

Scherdinga: *Scherding*, vbi Ænus ponte iungitur
cùm recepit Fl. *Rot*.

§. 2. *Bauaria Trans-Danubiana*, la Bauiere au delà
du Danube.

PALATI-
NATVS

BAVA-
RIÆ,
feu

NORT-

AMBERGA: *Amberg*, ad Fl. *Vils*, huius Palatinatus
caput, quâquam non maxima. Hæc autem Regio
habuit olim suos Duces atque Palatinos, postea
occupata à Palatino Rheni, quo infeliciter ex-
pulso, Duci Bauariæ cum Electoris titulo cessit.

Sutzbachia: *Sutzbach*, cum luculento castello ad
Fluuiolum *Rosenbach*.

Parall. Geogr. Tom. I I.

○

GAVIA

le Palatinat
de Bauiere, ou
le Nortgau.

Nouoburgum: *Neuustad*, aliter *Nienbourg*.
Valderbachium: *Valderbach*, ad Fl. *Regen*.
Castrum-Monasteriense: *Castel-Munster*, Germanicè *Vvalt-munken*, vbi olim Principes degebât.
Palatium-Monasteriense: *Pfaltz-Munster*.
Vissemburgû: *Vissembourg*, ad initia Fluuij *Regnitz*.

LANDGRA-
VIATVS
LIECHTEM-
BERGENSIS

le Lantgrauiat de
Liechtenberg.

Liechtenberga: *Liechtenberg*, vbi olim Lantgrauij degebant, sed iam castrum incultius.
PEREMBA: *Pfreimbi*, ad confl. Fl. *Pfreimbi*, & *Nab*, in quâ magnam anni partem Lantgrauius commoratur.
Grünfelda: *Grünfelden*, vrbecula lepida, & aliquando Principis sedes.

ADIECTA
BOHÆ-
MIÆ,

les dependances
de Bohême.

EGRA, seu Oegra & Heba: *Eger*, vrbs libera & Imperialis ad Fl. cognominem, duplici muro cincta.
Elboga, seu Locta & Cubitus: *Elbogen*, quæ vox cubitum sonat, quia in modum cubiti conformata est, oppidum & arx Slickiorum in Bohæmiâ est.
Nappurchum: *Nappurch*, ad Fl. *Nab*, in ditionem Bohæmicam translata.

TERRIT.
NVREM-
BERGEN-
SE

le Territoire de
Noremburg.

NVREMBERGA, vel Mons Noricus: *Noremburg*, vrbs maxima, & potentissima ad Fl. *Regnitz*, qui mediam alluit & mox cadit in *Rednitz*: hîc duæ nundinæ quotannis totâ Europâ famosæ.
Altdorfia: *Altdorff*, firmata castro, & Academia recens à Norimbergensibus excitata.

EPISCOP.
EICHSTE-
TENSIS
E. & *Eichstet*.

EICHSTETA: *Eichstet*, seu *Aigstet*, ciuitas Episcopalis ad Alemannum Fl. vulgò *Almud*: sita est in regione perferaci.

TERRITOR.
INGOLSTA-
DIENSE

Pays d'Ingolstad.

INGOLSTADIUM: *Ingolstad*, ad Danubium, ab Anglo-Sueuis, seu Anglo-Saxonibus nomen habet; olim pagus, sed à Ludouico Bauaro in vrbem conuersus, vbi Academia perillustis, tota vrbs amplissima, & pulcherrima.